

Alte Drucke

**EPITOME || COLLOQVIORVM || ERASMICORVM, CONTI-||NENS
IN SE COMMVNIORES || quotidiani sermonis formulas, nunc
|| denuò in puerorum vsum || ædita.|| ...**

Erasmus, Desiderius

Köln, 1585

VD16 ZV 27952

EPITOME COLLOQVIORVM

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149804

EPITOME COLLO- QUIORVM

EX PROOEMIO PRAE- CEPTA.

NON temerè docet quidam, vt salute-
mus libenter. Comis enim & blanda
salutatio, sapè conciliat amicitiam, ini-
micitiam diluit, certè mutuam beneuo-
lentiam alit, augetq̃.

Vrbani-*tas* est, salutare obuios, aut eos qui nos
adeunt, aut quos adimus ipsi colloquendi gratia.
Item operis aliquid agentes, cenantés, oscitantes,
singultientes sternutantes, iussientes.

In ructu crepituiue ventris salutare, est hominis
plus satis vrbani. Sed inciuilius etiam eum saluta-
re qui reddit vrinam, aut exonerat aluum.

Vrbani-*tas* est addere cognationis & affinitatis
titulum, nisi quum habeant aliquid odij: tum enim
praestat abuti plausibilibus: vt pro nouerca, ma-
ter: pro priuigne, fili. pro callegarie, calcearie, vir
honorande.

Senes ignotos adolescentes filiorum cognomē-
to salutant. Adolescentes vicissim illos aut patres,
aut dominos.

EPITOME
SALVTANDI FORMVLAE IN
primo congressu.

Salue pater amantissime.

Salue mea matercula. Salue mi frater.

Salue praeceptor obseruande.

Salue condiscipule. Saluus sis.

Salue plurimum amicorum optime.

Salue vir ornatissime spectatissime.

Saluete pariter omnes.

Saluete quotquot estis, vna salute omnes.

Salue congerro lepidissime. Saluete belli ho-
minculi. Saluete iterum atq, iterum.

Salue anicula annos nata quindecim.

Salue puella annorum octoginta.

Saluere te iubeo. Salutem tibi precor.

RESPONSIO.

Et tu Salue. Saluus sis tu quoq,.

Et tu tantundem Nicolae.

Et tu salue perpetuum.

Salue tantundem mi Petre.

Idem tibi precor.

BENE PRECANDI FORMVLAE.

Ei bene precari, salutationis genus est.

CONVIVIS.

Sit felix conuiuium. Benè sit vniuerso cœtui.

Precor omnia lata omnibus vobis.

Deus benè fortunet vestrum conuiuium.

STER.

COLLOQUIOR.
STERNVT ANTI.

Sit faustum ac felix. Seruet te Deus.
Sit saluiferum.
Benè vertat Deus.

AVSPICANTI QVIP-
piam.

Sit felix & faustum Reipublica.
Bono sit omnibus, quod instituis.
Benè vertat Deus, quòd agis.
Benè fortunet Christus optimus maximus, quod
in manibus est.

Faueant superi tuis conatibus.
Feliciter cedat quod instituis.
Prosperè succedat quòd auspicias es.
Bonis auibz cœpta res, melioribus exeat.

PROFICISCENTI QVOPIAM.

Precor vt bonis auibz hinc abeas, melioribus re-
deas. Opto tibi felicem cursum, & recursum
feliciorē.

Sit iter latum, reditus latior.
Bonis auspicijs soluas anchoram.
Vtinam ista profectio succedat tibi ex animi sen-
tentia. & ospitet te Iesus optimus maximus.
Superi propitij te nobis incolumem restituant.
Seruet te Deus, anima mea dimidium.
Opto tibi reditum incolumem.

RESPONSIO.

EPITOME

Maximas tibi gratias ago.
Precor tibi vicissim omnia lata.
Seraet te Deus interim quoque incolumem.
Faxit Deus, ut omnia utriusque cedant ex sententia.

VALEDICENDI.

Bene vale. Valet omnes.
Cura ut quam rectissime valeas.
Valetudinem tuam cura diligenter.
Vale quam optime. Vale in crastinum.
In hoc biduum vale.
Cura ut sit mens sana in corpore sano.

RESPONSIO.

Dabitur quidem opera.
Valebis tu quoque. Et tu fac valeas.
Tibi vicissim precor prosperam valetudinem.
Faxint superi, ut aliquando rediens incolumis vos
offendam incolumes.

IN DIGRESSV.

Quod tu nunc abis? Quod vadis?
Quod noster Leonardus? Quod te confers?
Quod se nunc proripit ille?
Quod te Mari pedes? Quod properas?
Quoniam hinc abiturus es?
Quod nunc iter est?

RESPONSIO.

Confero me domum.
Recipio me in patriam. Eo in scholam.

COLLOQUIOR.

Ibo hinc ad forum empturus panem, papyrum.

Rus hinc concedo.

Eo ad macellum allaturus obsonia.

*Ex consilio parentum meorum Vuittenbergam
profiscor, ad ampliorem ingenij cultum capien-
dum. Propediem, ut à patre percepi, hinc abiturus
sum. Commigraturus sum Noribergam, Basileam
Lutetiam.*

SALVTARE PER ALIVM.

Frobenium iubebis meo nomine saluere.

Erasmiolum mea causa salutabis diligenter.

*Matri quàm potes officiosissimè ex me salutem di-
cito.*

Dic me omnibus omnia lata precari.

Salutabis mihi sodalitatem diligenter.

Amicos omnes meis verbis salutato.

Fratri ex me salutem dicito.

Saluta omnes qui de me percontabuntur.

RESPONSIO.

Faciam diligenter ac sedulè.

Curabo. Fiet. Dabo operam.

Effectum reddam. Curabitur.

BENE PRECANDI CON-
trahenti formula.

*Precor ut hic contractus commodo bonoq^{ue} sit v-
trique. Precor ut hoc matrimonium voluptati sit*

EPITOME.

omnibus nobis. Virique nostrum faustum felixq;
sit precor. Adsit Deus.

IN NOVI ANNI INITIO.

Precor, ut hic annus tibi latis auspicijs ineat, lætioribus procedat, latissimus exeat: ac sapius recurrat semper felicior.

IN EXORTU DIEI.

Precor ut hic dies tibi candidus illaxerit.

Precor ut hic sol tibi felix surrexerit.

Sit tibi felix exortus diei.

Bonus dies.

Opto tibi bonum diem.

Prosper sit tibi hic dies.

RESPONSIO.

Sit virig, nostrum prosperrimus.

Habeo gratiam. Idem tibi precor.

Gratia Deo.

Ego tibi vicissim multa secula felicissima precor.

Amo te.

Cupio quæ vis, omnia. Amandus es.

Benignè dicis. Comis es.

INSTANTE NOCTE.

Opto tibi noctem prosperam.

Precor tibi noctem placidam.

Contingat tibi felix somnus.

Eiet tibi Deus placidam quietem.

Sit tibi fausta nox. Faustam degas noctem.

RE-

COLLOQVIO.
RESPONSIO.

At ego tibi pro mea fausta, mille precor faustissimas. Tantundem tibi reprecor.

Tibi vicissim precor quietem placidam.

FORMULAE PETENDI QUID-
piam à praeceptore.

Obseruande praeceptor, liceat mihi pace tua hac die abesse schola.

Amantissime praeceptor, fac mihi potestatem abeundi domum. (alium

Liceat mihi consensu tuo exire ad exonerandum

Fac mihi copiam exeundi, vt reddam vrinam.

Liceat mihi permissu tuo exire ad exonerandam vesicam.

Precor vt sit mihi facultas hoc die laborandi in agro, prato.

Abeundum est mihi rus ex iussu parentis: precor vt ita fiat tua pace.

Auocor hinc, praeceptor obseruandissime, serijs parentum meorum litteris: eam ob rem quàm possum amanter te oro, vt hinc migrandi potestatem mihi concedas.

Quodd me primùm in tuam disciplinam humanissime recipere dignatus es: deinde, quodd schola tua sectator fui, & fideliter & accuratè, tam litteris bonis, quàm rectis moribus expolire studuisti, gratias tibi immortales ago.

E P I T O M E

Humanissime vir, ego à parentibus meis missus,
 & ludi tui fama excitus, huc appuli, ad vberio-
 rem ingenio mei eruditionem cōparandam: qua-
 re tuam humanitatem amanter rogo, vt me in
 tuorum gregem recipere digneris. Do fidem, me
 in omnibus quod rectum erit, quòdque tu iusseris,
 facturum.

INFANTVLI DICVNT.

Præceptor domum.
 peto veni- emptum papyrum, panem.
 am excundi cacatum, mictum.

EXCIPIENDI REDVCEM formula.

Gratulor tibi aduentum.
 Benè factum quòd venisti.
 Adueni us tuus saluus est mihi gratissimus.
 Saluum te aduenisse gaudeo.
 Gaudeo te aduenisse.
 Gratulor mihi quòd aduenisti.
 Sospiem te adesse volupe est.
 Gratulamur tibi felicem reditum.

R E S P O N S I O.

Gratias tibi ago.
 Habeo tibi gratiam.
 Ego vicissim lætor, quòd incolumis vos incolumes
 offenderim.

Gau-

COLLOQUIOR.

Gaudeo quoq, me saluum inuenire te.
 aspectus tuus incolumus viciſſim mihi iucundiſſi-
 mus eſt.

PERCONTANDI FORMA

in primo congreſſu.

Georgius. Liuius.

G E. Ex qua tandem corte, aut cauea nobis ades?

L I. Quid ita: G E. Quia malè ſaginati. Quia
 macie pelluces totus, ariditate crepuas. Vnde pro-
 du? L I. E Collegio montis acuti. G E. Ergo ades

nobis onuſtus literis. L I. Imò pediculis. G E. Pul-
 chrè comitatus aduenis. L I. Sanè, nec tutum eſt

nunc viatorem ire incomitatum. G. Agnoſco ſoda-
 litium ſcholaſticum. Ecquid nouarum rerum ad-
 ſers è Lutetia? L. Illud imprimis quod ſcio, tibi vi-

debitur incredibile. Lutetia Beta ſapit, & Quer-
 cus concionatur. G. Quid ita narras? L. Hoc quod

audis. G. Quid ego audio? L. Hoc quod narro. G.
 Monſtri ſimile. Oportet illic fungos & lapides eſ-
 ſe auditores, vbi tales concionentur. L. Atque ſic

res habet. Nec audita narro, ſed comperta. G E.
 Oportet illic plurimum ſapere homines, ſi ſapit

Beta & quercus. L. Rectè coniectas. G E. Valés-
 ne? L. Contemplantur vultum. G E. Quin magis lo-
 tium iubeas? An me putas medicum? Non rogo

quid valeas: nam facies loquitur te bellè valere:
 ſed quomodo tibi placeas. L. Corpus quidem bel-
 lè ha-

E P I T O M E

lè habet, sed animo malè est. GE. At non valet
qui isthac parte laborat. LI. Sic res habent mee:
corpus valet, sed agrotat crumena. GE. Facile isti
morbo medebitur mater.

PERCONTANDI DE VA- letudine formula.

Vt valuisti vsq;? Quomodo tandem vales? Vt va-
les? Quomodo tecum agitur? Satin rectè vales? Vt
se res habent tua? Saluane res? Satin salua res?
Quid fit? Quid agitur? Fuisine semper prospera
valetudine? Valuistine ex sentetia? Ecquid vales?

R E S P O N S I O.

Dei gratia benè valeo. Feliciter valeo.
Optimè valeo, bellè, rectè, gratia superis.
Ego Dei beneficio perpetuè bellissimè valui.
Semper prospera vsus sum valetudine.
Haftenus bona valetudine frui.
Variè, vt sunt res mortalium.
Prosperissima, fausta, incolumi, felici.
Secunda, prospera, integra, basilica, athletica.
Pancratica semper fui valetudine.

GRATV LATIO DE BO- na valetudine.

Liuius. Georgius.

LI. Faxint superi, vt isthuc sit perpetuum ac pro-
prium. Latus isthuc audio.
Voluptatem mihi nuncias.

Est

COLLOQUIOR.

En isthuc mihi auditu perquam iucundum.
Sermonem istum audire ex te vehementer gaudeo
Isthuc haud inuitus audio.
Oppidè lator isthuc ex te audire.
Vt idem semper facias, opto.
Tibi gratulor, mihi gaudeo.
Gratia superis. Gratiā habeo superis

ALIA.

GE. Quo pacto vales?

RESPONSIO.

LI. Rectè, pulchrè, bellè, perbellè, bellissimè, per-
pulchrè, feliciter, commodè, minimè, malè.

Ex animi sententia.

Valeo vt volo, potius quàm vt mereor.

Basilicè, pancraticè, athleticè. GE. Expectabā vs
diceret etiam, tauricè. Quid fit? Quid agitur?

LI. Equidem nihil ago. Otium ago.

Id quod vides ago, nempè nihil.

Sedetur, statur, legitur, scribitur.

Nihil fit, parum agitur.

MALE VALERE FORMVLAE.

Non admodum ex sententia valeo.

Vt cunque valeo. Sic satius.

Vt possum, quando vt volo, non licet.

Vt soleo. Ita vt superis visum.

Secus quàm vellem.

Vt solent, quibus cum medicis res est.

Haud

EPITOME.

Haud sanè commoda sum valetudine : incommoda perquam incommoda, infelici, aduersa, parum prospera, parum secunda, mala, infansta, imbecilli, dubia, mediocri, alia quam vellem.

Qualem opto hostibus meis.

CONDOLENDI FORMVLAE.

Rem mihi sanè quam acerbam narras.

Vehementer doleo vicem tuam.

Dolet mihi infortunium tuum.

Sanè inuitus is huc ex te audio.

Prohibeant superi.

Auertat Deus.

Bona verba quaeso.

Hic cupiam te vanum esse.

CONSOLANDI FORMVLAE.

Bono sis animo oportet.

Forti in fractio^{ne} sis animo.

Quando superu ita visum est, a quo animo ferendum quod fors fert.

Ferendum est, non culpandum, quod mutari non potest.

Fulciendus interim est animus spe melioris fortunæ: Multum iuuat animus in re mala bonus.

QVID MORBI EST? FORM.

Quod maligenus est?

Quis te morbus habet?

Quo morbo teneris? Quid morbi est?

Quid

COLLOQVIO.

Quid habes morbi?

Quis te tenet morbus. Num hydrops est?

Num dysenteria? Num febrü.

Ad sanitatem gradus est, nouisse morbum.

RESPONSIO.

Nescio, & hoc laboro periculosius.

Negant esse febrim.

Non est hydrops.

Opinor esse febrü speciem.

DE MORBO LATIVS

percontandi form.

Quampridem te habet hoc mali.

Diu est quod teneris isto morbo.

Quantum temporis est, quodd te hoc malum corri-
puit.

Quandiu laborasti isto morbo.

Quoto die recurrit dolor.

RESPONSIO.

Dies plus minus viginti.

Fermè mensis est.

Iam tertius mensis est.

Mihi sæculum videtur.

Quotidiè recurrit.

Sapiùs quàm Euripius.

VNDE CONTRAXISTI? FORM.

Vnde suspicaris hoc collectum esse morbi.

Qua ex causa arbitraris te in illum incidisse mor-
bum

EPITOME

bum? Vnde illum ortum tibi esse morbum censes?

RESPONSIO.

Ex inedia. E frigore natum arbitror.

E putribus ovis morbum ortum suspicor:

E vino plus satū diluto.

E crudi malū contracta est stomachi cruditas.

Ex potatione largiore.

Ex immodico & intempestiuo studio hoc conciliatum videtur morbi.

G. Quin accersis medicum? L. Timeo ne citius morbum augeat quā adimat. Metuo ne pro remedio det venenum. G. Deligendus est igitur, cui tuto fidas. L. Si moriendum est, malo semel mori, quā tot pharmacis excarnificari. G. Fac igitur, ut ipse tibi sis medicus, si diffidū homini medico, precor ut sit tibi medicū vice Deus. Nullūne consulisti medicos? L. Et quidem permultos. G. Quid respondent? L. Id quod aduocati Demiphoni apud Comicū. Alius negat, alius ait, alius deliberandum censet: in hoc consentiunt omnes, me miserum esse. G. Sosпитet te Christus optimus maximus. Precor ut diuina beneficentia nobis quā primum restituaris incolumis Faxint superi, ut pristinam recipias valetudinem quā celerrimē. Cōmendo te Christo medicorum optimo: is faxit, ut quā primum conualescas. Iam me tēpus aliud vocat, vale quā optimē.

DE

COLLOQUIOR.

DE CONVIVIS INVITANDIS.

Petrus. Christophorus.

P. Cœnabis hodie domi? C. Foris cœnaturus sum. Foris cœnandum est mihi. P. Apud quem? C. Apud socerum meum, apud generum, apud nurum meam, apud affinem meum. P. In crastinum te ad cœnam voco. Cras ut mecum cœnes, oro. Cras tecum prandeas rogo. Te conuiuium mihi volo. C. At verior ne non licuerit. Ut possim metuo. Veniam siquidem licebit: at metuo ne non queam. P. Cur non licebit? Quid sic? Quid ita? Quamobrem? Quo pacto? Quid causæ? Quid obstiterit, quo minus possis? C. Tum quidem domi manendum mihi est. Ut domi nocte sim, necesse est. Tum certè foris esse non licet. Cras mihi quoquam ire foras liberum non erit. P. Vel perendie apud me sis oportet. Saltem perendino die ad cœnam venias necesse est. Quarto ab hinc die non grauaberis te mihi prabere conuiuiam. Die Iouis proximo non potes effugere, quin venias. C. Promittere certò nequeo, Veniam ubi vtrique nostrum videbitur commodissimum. Veniam quidem, at hac lege, ut tu postridie eius diei vicissim apud me cœnes. Faciam eo quidem pacto, ut tu deinde mihi quoque sis conuiuias, spondeo futurum. Recipio me facturum. Do fidem futurum, hac quidem conditione, ut mecum postridie prandeas. P. Agè fiat. Esto. Sit ita ut vis. Si iubes, faciam. C.

B

Ego

E P I T O M E

Ego instructus accedam, ego munitus veniam. Instructus multa fame accedam, tu vide ut vulturæ expleueris. Parabo ventrem, ac dentes exacuā: tu vide quibus modis lupū exatures. P. E. Agè, ad hoc certamen te provooco. Agè, fac pro viribus, pro virili, si quid potes. C. Veniam, sed non incommitatus. P. Tanto venies gratior: sed quo comite venies? C. Vmbra. P. Nec secūs possis, si modò luce venies? C. Sed vmbra adducturus sum dentatā vnam atq; alteram, ne tu me vocari impund. P. E. Agè ut libet, modò ne laruas adducas. Sed explana si libet, quid sibi velit vmbra vocabulū. C. Apud eruditos vmbra vocantur, qui ipsi non vocati comitantur eū, qui vocatus est ad conuiuiū. P. Taliū vmbraū adduc quantum voles. Agè, at caue ne me luseris. Caue fallas. Caue spē frustra foueā. Caue mihi verba dederis. Vide ne me vana spē lactes. C. Nihil opus iureiurando: in ceteris, in alijs time perfidiam, hac in re non fallam. Sed heus tu, caue quidquā paraueris præter quotidiana: mea causa diē festū nolo. Scis me conuiuiā minimè dicacē, bibacem multò minus. Nosti enim me conuiuiā non multi cibi, sed ioci plurimi. P. Curabitur diligenter. Ego te Pythagorica cœna excipiā, aut fortasse frugaliore. C. Imò Diogenica, si me delectare voles, P. Certè Platonica cœna te excipiā, in qua multū sit literarū fabularum, cibi minimum: cuius voluptas duret etiā in poste-

COLLOQVIOR.

posterum diem. C. Placet: fiat ut mones. P. Tu vide omnes curas tuas ac rugas etiā istas domi relin-
 quas. Huc præter rugas & risum nihil adferas. C.
 Ita fiet: exporrigemus frontem. Bellos homuncu-
 los agemus. Ridebimus affatim. Curabimus cutem.
 Indulgebimus genio. Epicureos agemus. Vocabis
 me per puerum tuum. Vbi voles, domi ero, Vale.

DE CVLTV CORPORIS.

versiculi ex Ouidio.

Munditiæ placeant, fuscantur corpora campo:

Sit benè conueniens, & sine labe toga.

Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes:

Nec vagus in laxa pestibi pelle natet.

Nec malè deformat rigidos tonsura capillos:

Sit coma, sit docta barba resecta manu.

Et nihil emineat, & sint sine sordibus vngues:

Inq; caua nullus stet tibi nare pilus.

Carpè cibos digitis, est quoddam genus edendi:

Ora nec immunda tota perunge manu.

Nèue diu præsumes dapes, sed desine citrà

Quàm cupias, paulo quàm minus esse potes.

PRECATIO QVVM MANE SVR-

rexeris, dicenda post confessionem

peccatorum.

Quandoquidem tu cœlestis pater, tum in cœlis, tū
 in terris vnus ille omnipotens Deus vbiq; gentiū
 & locorum es, & vsq; permanebis: te ex animo sup-
 plicissimè precor, ne sinas vt in meam, neque vt a-
 lij credentes in suam voluntatem hunc diem con-
 uertamus, neq; vt ad prauum arbitrium nostrum
 prolābāmur. Sed potius paternam tuā voluntatē.

E P I T O M E

æternum consilium, verbum illud tuum salutiferum, tuumq; beneplacitū, recta intueamur, & veraci corde perficiamus, quò nomen diuinum per nos miseros peccatores, nunc & semper sanctificetur, per filium tuum Iesum Christum, Amen.

CVRA & mores mensæ.

Puer in sterne mensam: est enim tempus prædij, vel prandio. Hora est cœnandi, vel cœnæ.

Expande igitur primum in mensa mappam mensalem: Hinc panes mensæ imposito.

Postea asser orbes. Porrige cultros.

Appone salinum & corbem cocleaream.

Apra circum. Elue calices.

Da mappas manuaras, & in patina aquam recentem ad lauandas manus.

Aut misistra aquam ex gutto, linteo ex humeris suspenso dum omnes lauerint.

Hinc discumbentib. cœuiuis, asser è culina epulas.

Apposito cibo, stans verecundè & honestè complacatis manibus ante mensam, fungere tuo officio: & consecra cœnam vel prandium.

P R E C A T I O A N T E C I B V M
fumendum.

Nos miseri & egētes homines pro hoc cibo, quem nobis ad alimoniam corporis sanctificatum es largitus, vt eo vtamur grati, tibi Deus omnipotens, pater cœlestis gratias reuerenter agimus, simul obsecrantes, vt cibum angelorum, verum panem cœlestem, verbum Dei æternum, Dominum nostrum Iesum Christum, nobis impertiaris, vt illo mens
nostra

COLLOQUIOR.

nostra pascatur, & per carnem & sanguinem eius
foueamur, alamur, & corroboremur, Amen.

CONSECRATIO MENSÆ.

His epulis donisque tuis benedicito Christe,
Vt foueant iussu corpora fessa tuo.

Non alit in fragili panis modò corpore vitam,
Sermo tuus vitæ tempora longa facit.

ALIA EX PSALMO.

Oculi omnium sperant in te Domine, & tu das
illis escam ipsorum in tempore opportuno. Aperis
tu manum tuam, & imples omne animal benedi-
ctiõe. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison,
Pater noster, &c. OREMVS.

Benedic nos Domine Deus pater noster cœle-
stis, & hæc dona, quæ de tua largitate sumimus, per
Iesum Christum Dominum nostrum.

ALIA ERASMI.

Quicquid appositum est, & quicquid appone-
tur, felix & sacrum esse iubeat, qui sua benignitate
pascit vniuersa, Amen.

ALIA HERMANNI BVSCHII.

Quæ nunc sumemus membris alimenta caducis,
Hæc Deus imperio sint benedicta tuo.

Ευλογία τῆς τραπέζης πρὸ τοῦ γεύσασθαι.
Χριστὲ ὁ Θεὸς, εὐλόγησον τὴν βρωσιν ἡμῶν καὶ τὴν
πόσιν τῶν δούλων σου, ὅτι ἅγιος εἶ πάντοτε
νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Benedictio mensæ ante degustationem.

Christe Deus, benedic cibum & potum seruorū
tuorum, quoniam sanctus es iugiter, nunc & sem-
per, & in secula seculorum, Amen.

EPITOME

Post hac si ministerio tuo opus est, fac sedulus sis
 apud mensam. Erectus & verecundus ad mensam
 stat. Vultu modesto, non impudicè ad mensam ver-
 sato. Oculos non hinc inde coniicias, sed mensæ ad-
 uertito: diligenter animaduertito, si quid desit in
 mensa, utpotè panes, potus, epula, orbes, quadra.
 Si quid erit deferendum, id expeditius agas, ne mo-
 veris eundo. Breuiter, ad omnia promptus, facilius,
 hilarius, & paratus esto. Vbi verò ministerio tuo o-
 pus non fuerit, & discumbendum tibi sit: fac
 primum ungues purgatos habeas. Hinc manus la-
 ues. Post consecrationem aut mensa decenter accu-
 be. Erectus sede. Cubito ne te fulcias. Ne pādas bra-
 chia. Primus ne esto esu. Cibos digitis cape, nec cō-
 proxima tibi cape. In orbe ne morare. (de vola.
 Nec mande auidè. Nec primus bibe.
 Nec bibe auidè.
 Bibiturus os terge, non manu, sed mappula.
 Alios ne inspicio. Morsa ne redintegre.
 Nec linge digitos. Nec ossa rode.
 Quaq; scinde cultro.
 Os ne perungas. Digitos sepè terge.
 Nares ne fode. Non rogatus, tace.
 Quod satum est, ede. Quum satur es, surge.
 Rursus manus laua. Mensalia tolle.
 Reliquias & fragmenta diligenter collige.
 Quaq; in suum locum repone.

Hinc

COLLOQUIOR.

Hinc Deo gratias age.

GRATIARVM ACTIO POST MENSAM.

Postquam epulis exempta fames, mensæq; remotæ

Dicemus grates nos tibi summe pater.

Non hæc humanas vires alimenta iuuabunt,

Diuina si non hæc foucantur ope.

Nanque tuo viuunt agitata à numine cuncta:

Afflatu spirant cuncta valentq; tuo.

Nunc etiam gratis animis alimenta ministra,

Atq; immortalè pectora pascè cibo.

Et quia cura sumus tua, nos pater optime serua:

Et studia, & vitæ tempora cuncta rege:

Quumq; epulas dederis rerum pater optime nobis

Adde epulis vires pro bonitate tua.

ALIA EX PSALMO.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniã in æternum misericordia eius. Qui das escã omni carni: qui das iumentis escam ipsorum, & pullis cornuorum inuocantibus. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in tibijs viri beneplacitũ erit ei. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Gloria patri. Sicut erat, &c. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster.

Gratias agimus tibi Domine Deus pater noster cœlestis, per Iesum Christum dominum nostrum, pro vniuersis donis ac beneficijs tuis: qui viuus & regnas Deus per omnia secula seculorum, Amen.

ALIA.

Qui nos creauit, redemit & pauit, benedictus sit in æternum, Amen. ALIA.

Quod sumus vtilibus dapibus potuq; refectioni,

Laus tibi pro donis sit Deus alme tuis.

B 4

Eu

E P I T O M E

Εὐχαριστία ᾧ τραπεζίῃ.

Εὐχαριστοῦμε σοὶ παντοκράτωρ θεέ, ὑπὲρ πάντων τῶν ἐνεργησάντων σε, ὁ ἐξ ἡς, καὶ βασιλεύεις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

GRATIARVM ACTIO MENSÆ.

Gratias agimus tibi omnipotens Deus, pro omnibus beneficijs tuis: qui vivis & regnas in secula seculorum, Amen.

PRECATIO POST CIBVM.

Quandoquidem nos Domine donis tuis omnipotens & misericors Deus exaltasti, effice vt post-hac quid per nos fieri, aut secus velis diligenter observemus, atq; illud animo sincero effectum præstemus, per Iesum Christum, Amen.

QVVM ADFERS POTVM

consecrandi formulæ.

Ecce vinum. Hoc vinum vobis faustum sit.

Hoc vinum leti bibite. Cerevisia hæc saluti sit vobis omnibus.

Bono sit potus iste.

RESPONSIO.

Agimus tibi gratias. Gratias Deo.

Adsit Deus.

PROPINANDI FORMVLÆ.

Ebibetis ordine suum quisq; calicem.

Ego tibi hoc primum propino Mida.

Tu deinde ceterum propina.

Præbibo tibi dimidiatum cyphum.

RESPONSIO.

Accipio abs te libenter. Equidem nihil recusabo.

Profit tibi. Nil tua causa recusabo. Sit saluti,

COLLOQUIOR.

Precor vt sit tibi bono.

Sit tibi bonum atq; commodum.

Gratias agendi conuiuiis formulæ.

Habeo vobis hospites candi dissim gratiam, qui ad hoc conuiuiolum venire dignati sitis.

Gratiam habeo, qui dignatus sis nostro adesse conuiuiio. Ego habeo vobis gratiam, quod nostram exilitatem boni consulitis.

RESPONSIO.

Ego pariter tibi & meo & aliorum nomine gratias ago, quod tua humanitate ad hoc conuiuium longe suauissimum nos vocari.

Valete sodales optimi. Bibite non segnit er, & viuite suauiter.

PRECATIO DVM ABIS CVBITVM.

Tibi Domine Deus animam ac vitam meam commendo, vt in Christo, qui est vita & resurrectio nostra, ab æterna morte me defendas: atq; vt ipse qui vera lux est, splendorem gratiæ suæ in corda nostra tenebrosa perfundas, Amen.

PRO DOCILITATE.

Audi preces meas æterna patris sapientia Domine Iesu, qui teneræ ætati docilitatis commodū addidisti: adde quæso ad naturæ propensionem auxilium gratiæ tuæ, vt literas ac liberales disciplinas citius perdisca, sed tuæ gloriæ seruituras: quarum adminiculis adiuta mēs mea plenius assequatur cognitio- nem tui, quæ nosse felicitatis humanæ summa est: utq; ad tuæ sanctissimæ pueritiæ exemplum indices proficiam ætate, sapientia & gratia apud Deum & apud homines. Qui viuas & regnas in cōsortio pa-

EPITOME

tris ac spiritus sancti in æterna secula, Amen.

PRO DOCILITATE PIETATIS.

Seruus tuus ego sum, da mihi intellectū Domine, ut discam mandata tua. Quoniam lex tua immaculata conuertens animas, sapientiam præstās paruulis. Iustitiæ tuæ rectæ, lætificantes corda. Præceptum tuum lucidum, illuminans oculos. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Quoniam tu Domine das sapientiā, & ex ore tuo prudentia & scientia

PERCONTANDI REDV- cem formula.

Georgius, Liuius.

G. Fuitne hoc iter tibi faustum & commodum?

LI. Sic satū, nisi quoddā nihil vsquam tutum est à la-

tronibus. G E. Hic est belli ludus. LI. Est, sed scele-

ratisimus. G. Pedes adueni, an eques? LI. Partim

pedestri itinere, partim vehiculo, partim equo,

partim nauigio. G E. Tuas res quo tandem in statu

sunt? LI. In optimo, felici, mediocri, tolerabili.

G E. Quo pacto se res habent tuæ? num ex voto?

LI. Imò suprà votum, suprà meritum suprà spem.

G E. Satin ex sententia? Satin salua omnia? Sa-

tine prospera omnia? LI. Res in peiore statu esse

non potest. Peiore in loco negotium non potest

esse. G E. Non cepisti igitur, quod captabas? Non

contigit prada, quam venabaris? LI. Venabar equi-

dem, sed irata Delia. G E. Nihil reliquum est spei?

LI.

COLLOQVIOR.

LI. Spei permultum, sed rei nihil. G. Episcopus nihil ostendit spei? L. I. Tota plaustra, totas naues, sed præterea nihil. G. E. Nihil adhuc misit? L. Promisit, quidem largiter, sed ne teruntium quidem misit. G. E. Ergo spe alendus est animus. L. Sed hac non saginatur venter. Qui spe aluntur, pendunt, non viuunt. G. E. Sed hoc eras ad iter expeditior, quod nihil esset oneris in Zona. L. Fateor, atque etiam tutior: nulla enim sunt arma certiora aduersus latrones. Sed ego malim & onus & periculum. G. E. Nihilne tibi ademptum est in via? L. Mibine. Quid quaeso eripias nudo, alijs citius periculum erat à me. Licuit mihi vacuo viatori per totum iter canere & esurire. Nunquid vis? G. Quid uunc hinc abis? L. Rectà domum, salutaturus penates, iam diu non visos. G. Precor ut illic omnia offendas læta. LI. Vinam id velint superi.

ALIA. PERSONAE.

Mauritius. Cyprianus.

MAV. Redisti nobis obesior solito. Redisti procerior. Cy. At equidem mallem prudentior, aut doctior. MA. Imberbis abieras, redisti barbarulus. Contraxisti tibi absens nonnihil senij. Quid sibi vult hic pallor: Quid macies: Quid frons caperata. Cy. Vt est fortuna, sic est corporis habitus. MAV. Num aduersa. Cy. Nunquam quidem mihi alias secunda, sed nunquam, quàm nunc, odio-
sius

EPITOME.

sius reflauit. M A. Doleo vicem tuam : dolet mihi tua calamitas. Sed quid isthuc mali est? C T. Vniuerse pecunia naufragium feci. M A V. In mari? C T. Non, sed in littore, nondum nauem ingressus, M A. Vbinam? C T. In littore Britannico. M A. Benè habet, quod ipse nobis viuus enatasti. Præstat pecunia iacturam facere, quàm vita. Leuius est pecunia dispendium, quàm fama. C T. Vita famag, incolumi, perijt pecunia. M A V. Vita sarciri nullo pacto potest, fama agrè potest, pecunia facile alicundè sarcietur. Qui malum hoc accidi? C y. Nescio, nisi quod sic erat in fatis meis : sic visum est superis, sic libuit genio meo malo. M. Vides igitur doctrinam ac virtutem tutissimas esse diuitias: quæ nec eripi possunt, nec grauant circumferentem. C y. Pulchrè tu quidem philosopharis, sed interim ego ringor.

ALIA. PERSONAE.

Claudius. Balbus.

CL. Gratulor tibi reduci Balbe. B A L. Et ego tibi superstiri Claudii. C. Gratulor tibi in patriam reuerso. B A. Imò gratulare magis è Gallia profugo. C. Quid ita? B A. Quia illic bellis feruent omnia. CL. Quid Musis cum Marte? B A L. Atqui illic ne Musis quidem parciuntur. C L. Tu igitur feliciter elapsus es. B A L. At non sine periculo. CL. Totus alius

COLLOQVIOR.

alius nobis redisti. B A Qui sic? C L. Ex Hollando
versus es in Gallum. B A. Quid? an capus eram,
quum hinc abirem? C. Vestis indicat te mutatum
esse ex Batauo in Gallum. B A. Hanc metamor-
phosin malim, quàm in Gallinam: Sed vt cuculla
non facit monachum, ita nec vestis Gallum. C L.
Iamne calles Gallicè? B. Sic satis. C L. Quo pacto
didicisti? B. A magistris haudquaquàm mutis. C.
Quibus. B. A mulierculis quouis turture loqua-
cioribus. C. In tali ludo facile discimus loqui. So-
nâsne probè sermonem Gallicum? B. Imò &
Latinum sono Gallicè. C L. Nunquam igitur scri-
bes bona carmina. B. Quur ita? C L. Quia perijt.
tibi syllabarum quantitas. B. Mihi satis est quali-
tas. C L. Quid? estne Lutetia immunis à pesti-
lencia. B. Non est, sed perpetua non est: aliquan-
do remittit sese, mox recrudescit, nonnunquam
intermittitur, deinde recipit sese. C L. Non sat
erat malorum, vbi bellum est. B. Erat, nisi secus
esset visum superis. C L. Annona caritatem isti hic
esse oportet. B. Imò penuriam: omnium rerum
illic inopia est, præterquam sceleratorum mili-
tum. Bonorum virorum illic mira utilitas. C L.
Quid accidit Gallis, vt bellum suscipiant cum A-
quila. B. Quia mouet illos exemplum scarabai,
qui non cessit Aquila. In bello nemo sibi non vide-
tur Hercules. C L. Non te remorabor diutius.

Alias

EPITOME.

*Alias latius nugabimur, quum erit viriqz commo-
dum. Nunc aliò me vocant negotiola quadam.*

DOMESTICA CONFABULATIO.

Personæ.

Petrus. Midas puer. Iodocus.

PE. Heus heus puer, nemon huc prodiit? M I. Hic
opinor effringet fores: familiarem oportet esse.
O lepidum caput, quid adfers mi Petre? PE. Mei-
psum. M I. Næ tu rem haud magni pretij huc attu-
listi. PE. At qui magno constitui patri meo. M. Cre-
do, pluris quàm reuendi possis. P. Sed Iodocus est-
ne domi? M. incertus sum: sed visam. Quin tu po-
tius abi, & roga ipsum, an velit nunc esse domi:
abi tu potius, sisqz tibi ipsi Mercurius. P. Heus Io-
doce, num es domi? Io. Non sum. P. Impudens, nõ
ego te audio loquentem? Iodo. Imò tu impudenti-
or. Nuper ancilla tua credidi te non esse domi, &
& tu non credis mihi ipsi? P E. Aequum dici: par
pari relatum. IO. Equidem vt non omnibus dor-
mio, ita non omnibus sum domi: tibi posthac sem-
per ero. P. Sed tu mihi videre cochlea vitam age-
re. IO. Quis sic? P E. Quia perpetuò domi latitas,
nec vsquam prorepis: non secus atque claudus su-
tor iugiter domi desides. Tu tibi domi situm con-
trahis. IO. Est quod agam domi, foris nihil est ne-
gotij. Et si quid esset, tamen hoc cælum me dies
aliquot è publico cohibuisset. P E. At nunc sudum
est,

COLLOQVIOR.

est, & iruit at ad deambulandū. Vide vt blanditur
 Io. Si prodeambulare lubet, non recuso. P. E. Pland
 videtur hoc vtendum cœlo. Io. Affiscendus est v-
 nus aut alter congerro. P. E. Fiet, modò dicas quos
 velis. Io. Quid si Hugonem? P. Haud multum in-
 terest inter Hugonem & Nugonem. Io. Agè, pla-
 cet. P. E. Quid si Alardum. Io. Homo minime mu-
 tus est: quod auribus diminutum est, lingua pensat.
 P. Si videtur Nauium adiungemus. Io. Siquidem
 dabitur illius copia, nunquam erit fabularum ino-
 pia. Placent confabulones, superest vt locum di-
 spicias amœnum. P. E. Ego verò tibi locum osten-
 dam, vbi nec nemoris vmbra, nec pratorum sma-
 ragdinum virorem, nec fontium viuas scatebras
 desiderabis: dices dignam Musis sedem. Io. Ma-
 gnificè polliceris. P. E. Nimiùm affixus es libris.
 Nimiùm asides libris. Immodico studio te mace-
 ras. Io. Malim studio macrescere, quàm amore.
 P. E. At non idè viuimus, vt studeamus: sed idè stu-
 demus, vt suauiter viuamus. Io. Mihi verò vel im-
 motori chartis dulce est. P. Equidem immorari pro-
 bo, immoti non probo. Ecquid voluptati fuit hac
 deambulatio? Io. Me quidem vehementer oble-
 &auit.

ALIA. PERSONAE.

Aegidius. Leonardus.

Aegi.

EPITOME

ÆG. Quò noster Leonardus? **L E O.** Ad te ibam,
ÆE. Istud quidem faci insolens. **L.** Quamobrem?
ÆE. Quia iam annus est, quòd nos non viseris, **L.**
 Malo in hanc peccare partem, vt desiderer, quam
 vt obtundam. **Æ E.** Imò boni amici nulla est apud
 me satietas. Imò quo crebrius venies, hoc mihi ve-
 nies gratior. **L E.** Quid interim agitur domi tua?
ÆE. Multa sanè quæ nolim. **L.** Nō miror: Sed quid
 rerum gerunt filij? **Æ E.** Natu maximus iam dudū
 maritus est, breui pater futurus. Minimum able-
 gai Lutetiam: nam hic nihil aliud quàm ludebat.
L. Quid eò? **Æ E.** Vt magister nobis redeat stulti-
 or, quam exierat. **L.** Bona verba. **Æ E.** Medius iam
 cœpit initiari sacris. **L.** Precor vt benè vertat om-
 nibus.

ALIA. PERSONAE.

Mopsus. Dromo.

M O. Quid fit? Quid agitur Dromo. **D R.** Sede-
 tur. **MO.** Video: sed quomodo se res habent tue?
DR. Vt solent ijs, quibus superi sunt parum propi-
 tij. **M.** Istuc ominis auertat Deus. Quid agis. **D.**
 Equidem otium ago, id quod vides, nimirum ni-
 hil. **D.** Præstat otiosum esse, quàm nihil agere: ego
 te fortassis occupatum serijs negotijs interpello.
D. Imò maxime vacuum. Iam enim me cœperat
 otij tadium, & congerronem desiderabam. **M O.**
 Fortassis impedio, interrompo, interturbo tua ne-
 gotia

COLLOQUIOR.

gotio. DR. Imò tadium oij discutis. MO. Da veniam si te parum in tempore interpellavi. DR. Imò in ipso tempore aduenis. Opportunè te huc attulisti. Optatus ades. Interuentus tuus est mihi vehementer gratus. MO. Fortassis aliquid seriæ rei inter vos agitur, cui nolim esse impedimento. DR. Imò lupus (quod aiunt) ades in fabula: nam de te sermo erat. MO. Facile crediderim: nã mihi huc venienti mirè tinniebat auris. DR. Vir? MO. Leua. Vnde conijcio nihil magnificè de me fuisse predicatum. DR. Imò nonnihil honorificum. MO. Vanum igitur fuerit oportet. Sed quid est bonæ rei? DR. Aiunt te venatorem esse factum. MOP. Imò iam intra casses meos est præda, quam venabar. DR. Quam? MOP. Lepida puella, quam perendiè ducturus sum: vosq; oro, vt meas nuptias vestra pæsencia dignemini honestare. DRO. Quam est sponsa? M. Aloisia Chremetis filia. DR. Egregium spectatorem formarum. Tuis oculis adlubuit illa nigro capillitio, simis naribus, ore præalargo, ventre prominulo? MO. Desinite, mihi eam duxi, non vobis: non sat est, quòd suo regi pulchra est regina? Ita demum illa mihi placebit, si vobis non admodum placeat.

Alia.

P E R S O N A E.

Syrus. Geta.

C

ST.

E P I T O M E

ST. Opto tibi multam felicitatem. GE. Et ego tibi conduplicatum opto, quicquid optas mihi. STR. Quid agis rei? GE. Confabulor. Sy. Quid, confabulare solus? GE. Vt vides. STR. Fortasse tecum: proinde tibi videndum, ut cum homine probo fabuleris. GE. Imò cum lepidissimo congerrone confabulor. Sy. Quo? GE. Apuleio. Sy. illud quidem nunquam non facis: sed amant alterna Camæne. Tu perpetuò studes. GE. Non est vlla studiorum scietas. Sy. Verum: sed tamen est modus quidam. Non tamen omittenda sunt studia, sed tamen intermittenda nonnunquam. Non abijcienda sunt, sed relaxanda. Nihil suaue quod perpetuum. Voluptates commendat rarior usus. Tu nihil aliud quàm studes. Nunquam non studes. Continenter incumbis literis. indefinenter inheres chartis. Studes noctes & dies. Nullum facis studendi finem, neq; modum. GE. Agè, tuo more facis: rides me, vt soles. Nunc ludis tu quidem me, false me rides: Satyricum agis: Naso me suspendis adunco. Non me falli tuum scomma. Nunc me ludos deliciasq; facis. Pro delectamento me habes. Nunc planè ioco mecum agis: rideor abs te. Eadem opera assue mihi aurículas asini. ipsi codices puluere situq; obducti loquuntur, quàm sim immodicus in studio. Sy. Emoriar nisi loquor ex animo. Dispeream, si quid fingo. Loquor id quod sentio. Quod res est, dico.

COLLOQVIOR.

*dico. Serio loquor. Ex animo loquor. Non secus
sentio quam loquor.*

CVR NON VISIS NOS?

formulæ.

*G. Quid causa est, quod tam diu nos non inuiseris?
 Quid rei est, quod nos tam raro visis? Quare tam
rarus es saluator? Quid accidit? Quid sibi vult?
 Quid obstitit, quod minus feceris nobis tui videndi
copiam? Quid impedimento fuit?*

NON LICVIT PER OC-

cupationes.

*ST. Non licuit per otium. Volui quidem, at non li-
cuit mihi per mea negotia. Haftenus non sinebant
negotia, vt te viserem. Occupatior fui, quam vt
potuerim. Vix ipsi mihi fuit copia mei, præ mo-
lestis negotijs. Non defuit voluntas, sed vetuit ne-
cessitas. Non licuit per valetudinem. G E. Equi-
dem accipio tuam excusationem, sed hac lege, ne
sapius vtaris. Excusatio tua iustior est, quam vel-
lem: siquidem valetudo in causa fuit. Hac lege mi-
hi purgatus eris, si quod factum est, officio sarcin-
as. Si superiorem cessationem crebra visitatione
penses. ST. Amicitia nostra firmior est, quam vt
sit tam vulgaribus officijs alenda. Satis crebro vi-
sit, qui constanter amat. G E. Malè sit istis curis,
qua te nobis adimunt. Quid imprecer istis nego-
tijs, qui talem amicum nobis inuident. Pessimè*

C 2

fit

E P I T O M E

*fit isti febrī, quā nos tam graui desiderio torfit tui.
Malè pereat ista febris, te incolumi.*

MANDANDI AC POLLI- cendi formula.

Iacobus. Sapidus.

IAC. Quāso vt hac res tibi cordi sit. Etiam atque etiam rogo, vt hoc negotium tibi cura sit. Si me amas, causam hanc tractabis diligenter. S A. Desine, ego tibi hoc effectum reddam, & quidem prope diem. Curabo diligentius, quā si mea res ageretur. Tu in viramuis dormias aurem, ego tibi hoc confectum dabo. Tu quietus esto, in me recipio prouinciam omnem. Gaudeo mihi datam occasionem, qua declarem meum in te animum. Equidē oratione nihil polliceor, sed re prestabo quicquid est amici sinceri, & ex animo beneuolentis: nolim te lactare vana spe.

SUCCESSVS.

S A. Res successit opinione melius. Fortuna votis viriusq; fauit. Res tua & ventis & amne secundo processit. Si fortuna nupsisset, non potuisset esse secundior. Plus impetraui, quā fuissem ausus petere. Res omnis cecidit ex sententia. Pulchrè nobis cecidit hac alea. Noctua volauit.

GRATIA.

IAC. Equidem gratiam habeo, & habiturus sum quoad viuam, maximam. Pro isto tuo in me officio

COLLOQUIOR.

ciopares agere gratias vix possum, referre nequaquam. Amo te plurimū. Et habetur à me tibi gratia, & habebitur semper. Habeo gratiā, quod meū tibi negotium cordi fuit. Plus tibi debeo, quā vt vnquā soluendo esse posim. Arcius me obligasti, quā vt ex diario tuo vnquā nomen meum expungere queam. Hac re me tibi deuinctiorē reddidisti, quā vt nunquā as alienum persolvere posim.

RESPONSIO.

S. Aufer ista: maior est nostra necessitudo, quā vt vel tu mihi, vel ego tibi pro vllō officio debeam gratias agere. Non contuli in te hoc officium, sed retuli. ed benefacit, qui benefacit amico, Videor mihi beneficium accepisse, quod nostrum officium boni consulu. Qui benē meretur de amico, non dat beneficium, sed scenerat. si ex animo probas officium in te meum, fac sapius vtare. Ita credam tibi gratum esse quod feci, si quoties desiderabis operam meam, non roges, sed imperes quod voles.

HERILIA.

Rabinus. Syrus.

R. Heus heus furcifer, iam dudum raucesco clamore, nec tu tamen expergisceris: videre mihi vel cū gliribus certare posse. Aut ocyus surge, aut ego tibi suste somnum istum excutiam. Quando crapulam hesternam edormieris? Non te pudet, somnium hominis, in multam lucem stertere? Qui fru-

EPITOME

gi sunt famuli, solent exortum solū anteuertere,
curareq; ut herus surgens reperiāt omnia parata.
Vt agere diuellitur à nido tepefacto cuculus. Dum
scalpit caput, dum distendit neruos, dum oscitat,
tota abit hora. ST. Vixdum diluxit. R. Credo tibi:
nam tuis oculis adhuc multa nox est: tibi nox ad-
huc est concubia. S. Quid me iubet facere? R. Fac
ut luceat foculus, verre pileum ac pallium, exter-
ge calceos & crepidas. Inuersas caligas primū
intus purga scopi, mox foris: deinde suffitum ali-
quem facito purgando aëri. Accende lucernam:
mura mihi lineum indusium, ac sicca lotum. S. Fi-
et. R. Atqui moue te ocyus, iam hac fecisse oport-
uit. ST. Moueo. R. A. Video, sed nihil promoues.
Vt incedit testudo? ST. Non possum simul sorbe-
re & flare. R. A. Etiam sententias loqueris carni-
fex? Tolle matulam, compone lecti stragulas, re-
uolue cortinas. Verre pauimentum, verre solum
cubiculi. Adfer aquam lauandis manibus. Quid
cessas asine? Annus est priusquam accendas can-
delam. ST. Vix reperiō scintillam ignis. R. Sic heri
condidisti. S. Nec follem habeo. R. A. Vt responsat
nebulo: quasi qui te habeat, careat folle. S. Quam
imperiosum habeo dominum? vix huius iussu de-
cem expediti famulifecerint satis. R. A. Quid ais
cessator? ST. Nihil, omnia recte. R. A. Non ego te
audio obmurmurantem? ST. Equidem precor.

R. A.

COLLOQUIOR.

R A. Credo. Pater noster inuersum, precationem
opinor Dominicam prapostere. Quid gannu de
imperio? S T. Precor tibi vt fias Imperator. R A.
Et ego tibi, vt fias homo ex caudice. Sequere me
ad templum vsq;: mox domum recurrito, lectos cō
cinnato. Hac confusa suo quaque loco digerito:
fac vt niteat tota domus: matulam defricato. Hac
sordida submoueto ab oculis, fortassis inuisent me
quidam aulici. Si quid sensero pratermissum, va-
pulis largiter. S T. Sic sanè noui benignitatem
tuam. R A. Proinde caue si sapias. S T. At interim
de prandio nulla mentio. R A. Vah, vt hic mentem
habet sarcifer. Non prandeo domi. Itaq; sub horā
decimam ad me transcurrito, deducturus me ed,
vbi sum pransurus. Sy. Tibi quidem prospectum, sed
hic interim nihil est quod edam. R A. Si nō est quod
edas, est quod esurias. Sy. Nemo fit esuriendo sa-
tur. R A. Est panis. Sy. Est, sed ater & surfuraceus.
R A. Delicias hominis: te quidem scenum esse opor-
tuit, si pabulum detur te dignum. An postulas vt
te asinū tantum placentis saginem? Si fastidie panē
citra obsonium, adde porrum, aut si maus, cepe.

ALIA.

R A. Est tibi abeundum in forum. S T. Tam pro-
cul? R A. Non sunt nisi sex passus. Tibi pigro sunt

EPITOME

bi mille. Consulam autem tua pigritia : eadem legatione multa conficies negotia. Te supputa in digitos, vt memineris. Primum flectes ad vestiariū, ac thoracem vndulatum, si iam perfectus est, ab eo recipies. Hinc quares Cornelium veredarium. Is plerumq, est in ceruo ibi potitat. Rogabis si quid habet literarum ad me, & ad quem diem sit profecturus. Deinde conuenies mercatorem pannarium : rogabis meis verbis, ne quid sollicitus sit, quod pecuniam non miserim ad diem praescriptū: numerabitur propediem. ST. Quando, ad Calendas Gracas? R A. Rides ganeo? imò ante Calendas Martias. Inreditu deslectes ad laeuam, & ex bibliopolis disces, si quid aduectum sit nouorum libellorum è Germania. Cognosce qui sint, & quanti venales. Post hac rogabis Coclenium, vt mihi dignetur esse conuiua, alioqui cœnaturo soli. S T. Etiam conuiuas vocas? non habes domi, vnde vel murem pascas. R A. Proinde tu confectū ceteris, abi ad macellum, & eme nobis armum ouillum: eum curabis diligenter assum. Audin hac? S T R. Plura quàm vellem. R A. At vide, vt memineris. ST. Fix potero dimidium. R A. Etiam hic stas cessator? iam redisse oportuit. S T. Quis possit vnus tot rebus obeundis sufficere? Deduco ac reduco. Sum illi à scopis, à matula, à pedibus, à manibus, à poculis, à libellis, à rationibus, à iurgijs, à legationibus

nibus

COLLOQUIOR.

nibus: postremò, non videor illi sat occupatus, nisi
sim & coquus.

ALIA.

R A. Profer ocreas, nam equitandum est. Sy. En
adsunt. R A. Probè quidem abs te curatæ: totæ al-
bent situ. Opinor nec extersas, nec vinctas hoc an-
no, aded rigent præ siccitate. Exterge subunido
panno, mox vnge ad ignem diligenter, ac macera
donec mollescant. Sy. Curabitur. R A. Vbi calca-
ria? S. Adsunt. R A. Verum, sed obducta rubigine.
Vbi frenum & ephippia? Sy. sunt in promptu. R.
Vide ne quid desit, aut ne quid ruptum, aut mox
rumpendum, ne quid nobis sit in mora, cum erimus
in cursu. Propera ad sellarium, & hoc lorum cura
sarciendum. Reuersus inspicere soleas siue calceos e-
quorum, num qui clauis desint aut vacillèt. Quam
macilentisunt equi, quamq; strigosi? Quoties ab-
stergis aut pectis illos in anno? Sy. Imò quotidie.
R A. Nimirum res ipsa loquitur: ieiunant, opinor,
nonnunquam totum triduum. Sy. Minimè. R. Ne-
gas tu quidem, sed aliud dicturi sint equi, si loqui
liceat. Quanquam satis loquatur ipsa macie. Sy.
Curo sedulo. R. Cur igitur tu habitior equis? Sy.
Quia non pascor fœno. R A. Hoc igitur restat. Ad-
orna manticam celeriter. Sy. Fiet.

MONITORIA.

Pædagogus. Puer.

C 5

Tæ

EPITOME.

Tu mihi videre non in aula natus, sed in caula,
aded moribus es agrestibus. Puerum ingenuum
decent ingenui mores. Quoties alloquitur te quis-
piam cui debes honorem, compone te in rectum
corporis statum, aperi caput: vultus sit nec tristis,
nec toruus, nec impudens, nec proteruus, nec in-
stabilis, sed hilari modestia temperatus: oculi ve-
recundi, semper intenti in eum cui loqueris: iun-
cti pedes, quæta manus. Nec vacilles alternu ti-
bijs, nec sint gesticulosa manus, nec mordeto la-
brum, nec scabito caput, nec sodito aures. Vestis
item ad decorum componatur, ut totus cultus, vul-
tus gestus, & habitus corporis ingenuam modesti-
am & verecundiam indolem præ se ferat. P V.
Quid si mediter? P A E. Fac. P. Siccine satis. P A E.
Nondum. P. Quid si sic? P A E. Propemodum. P V.
Quid si sic? P A E. Hem, satis est, isthuc tene. Ne sis
ineptè loquax, aut præceps. Nec vagetur animus
interim, sed sis attentus, quid ille dicat. Si quid
erit respondendum, id facito pauci ac prudenter,
subinde præfatus honorem: nonnunquam & ad-
dito cognomento. honoris gratia. Atque identi-
dem modicè flectas alterum genu, præsertim ubi
responsum absolueris. Nec abeas nisi præfatus ve-
niam, aut ab ipso dimissus. Nunc agè, specimen
aliquod huius rei nobis præbe. Quantum tempo-
ris abfuisse à maternis adibus? P V. iam ferme sex
mens-

COLLOQVIOR.

menses. PAE. Addendum erat, domine. PV. Iam
 sex ferme menses domine. PAE. Non tangeris
 desiderio matris? PV. Nonnunquam sanè. PAE.
 Cupis eam reuifere? PV. Cupio domine, si id pace
 liceat tua. PAE. Nunc flectendum erat genu. Be-
 nè habet, sic pergito. Quum loqueris, caue ne
 præcipites sermonem, aut hæsites lingua, aut pa-
 lato immurmures: sed distinctè, clare, articulatè,
 consuescito proferre verba tua. Si quem præteri-
 bis natu grandem, magistrum, sacerdotem, do-
 ctorem, aut alioqui virum grauem memento ape-
 rire caput, ne pigeat inflectere genu. Idem faci-
 to quum præteribis ædem sacram, aut imagi-
 nem crucis. In conuiuio sic te præbebis hilarem,
 vt semper memineris quid deceat ætatem tuam.
 Postremus omnium admoueto manum patina. Si
 quid datur lautius, recusato modestè: si instabi-
 tur, accipe, & age gratias: mox decerpta porti-
 uncula, quod reliquum est, illi reddito, aut alicui
 proxime accumbenti. Si quis præbibeat, hilariter
 illi precare, sed ipse bibito modicè. Si non sitis,
 tamen admoueto cyathum labijs. Arride loquen-
 tibus: ipse ne quid loquaris, nisi rogatus. Si quid
 obscœni dicetur, ne arride, sed compone vultum,
 quasi non intelligas. Ne cui obrectato, ne cui
 temet anteposito, ne tua iactato, ne aliena despi-
 cito. Esto comis, etiam erga tenuis fortuna se-
 datus

datus

EPITOME

dales. Neminem deserto. Ne sis lingua futili : ita fiet ut sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Si videris conuiuium esse prolixius, precatus veniam, ac salutatis conuiuii subducto te à mensa. Vide ut horum memineris. PV. Dabitur opera, mi præceptor. Nunquid aliud vñ? PAED. adno nunc libros tuos. PV. Fiet.

DE LVSV.

Nicolaus Hieronymus.

Cocles, Pædagogus.

NIC. Iamdudum & animus, & cælum, & dies inuitat ad ludendum. HIE. Inuitant quidem hæc omnia, sed solus præceptor non inuitat. NI. Subornandus orator quispiam, qui veniam extorqueat. H. Aptè quidem dictum, extorqueat. Nam citius clauam extorseris è manu Herculi, quàm ab hoc ludendi veniam: at olim illo nemo fuit ludendi auidior. NI. Verum: sed iam olim ille oblitus est se fuisse puerum. Ad verbera facillimus est & liberalis: hic parcissimus, idemq; difficillimus. HIE. Attamen protrudendus est aliquis legatus, non admodum verecundæ frontis, quem non illicd protelet suis seu dictis. NI. Eat qui volet, ego carere malo, quàm rogare. HIE. Nemo magis accommodus ad hanc legationem, quàm Cocles. NI. Nemo profectò. Nam perscripta frontis est, ac bene loquax: deinde sensum hominis pulchrè callet.

HIE.

COLLOQVIOR.

H I E. Cocles, ab omnibus nobis magnam inicitur gratiam CO. Equidem experiar seduld. Verum si non successerit, ne conferte culpam in oratorem vestrum H I E. Benè ominare: si te satis nouimus, impetrabis. Ab orator, redibis exorator. CO. Eo, Benè fortunet legationem meam Mercurius. Salue praeceptor. P A E. Quid sibi vult nugamentum hominis? CO. Salue praeceptor obseruande. P A E. Insidiosa ciuilitas. Satis iam saluo: dic quid tibi velis. CO. Totus discipulorum tuorum grex orat ludendi veniam. P A E. Nihil aliud quàm luditis, etiam absque venia. CO. Sicut tua prudentia vigorem ingeniorum excitari moderato lusu, quemadmodum nos docuisti ex Quiniliano. P A E. Sane, ut isthuc tenes, quod pro te facit. Laxamento opus est ijs qui vehementer laborant: vobis, qui segniter studetis, & acriter luditis, freno magis opus est, quàm laxatis habetis. CO. Adnitimur pro viribus: & si quid hactenus cessatum est, post diligentia sarcietur. P A E. Oh sartores. Quis erit fideiussor istud futurum? COC. Ego capitis mei periculo non dubitem esse sponsor. P A E. Imò culi periculo potius: scio quàm non sit tutum tibi credere. Tamen hic periculum faciam, quàm sis bona fidei. Si dederis verba, post hac ne quicquam mecum egeris. Ludant, sed gregatim in campis. Ne diuertant ad computationes aut alia nequiora.

EPITOME

ra. Mature se recipiant domum, antè solis occubitu-
tum, Co. Fiet. Exorauì, quanquàm agrè. HIE. O
lepidum caput, omnes amamus te plurimum. Co.
Sed interim cauendum ne quid peccemus, aliqui
de meo tergo dependendum foret: fideiusi vestro
omnium nomine. Quod si quid accidat, non est
quod me posthac vtamini legato. HI. Cauebitur.
f. d. quod lusus genus potissimum placet? Co. De hoc
in campo consultabimus.

PILA.

NIC. Nullares melius exercet omnes corpora
partes, quàm pila palmaria: sed aptior est hyemi,
quàm estati. HIE. Nullum anni tempus nobis pa-
rùm accommodum est ad ludendum. NI. Minus
sudabitur, si ludamus reticulo. HIE. Imò reticu-
lum piscatoribus relinquamus: elegantius est pal-
ma vti. NI. Agè, nihil moror: sed quanti certabi-
mus? H. Talitro, sic parceretur pecunia. NI. At ego
malo frōi parti, quàm pecunia. HI. Et mihi frons
charior est pecunia. Aliquo periculo certandum
est, aliqui friget ludus. NI. Sic res habet, vt di-
cis. HI. Vtra pars prior vicerit tres lusus, ei victa
pendet sextam drachma partem: sed hac lege, vt
quicquid è victorijs collectum fuerit, insumatur
in conuiuium, ad quod pariter vocentur omnes.
NIC. Placet lex, & rata esto: superest igitur, vt
sor-

COLLOQVIOR.

fortiantur partes: nam sumus ferme pares omnes,
 ut non admodum referat, quis cui coniungatur.
 H I E. Tu tamen me longè peritior es. N I C. Ut sim,
 sed tu felicior. H I. Etiam hîc valet fortuna? N I C.
 Illa nusquam non regnat. H I. Agè, fiat sortitio.
 Euge, benè cecidit: contigère quos volebam. N I.
 Et nos nostra sodalitatis non pœnitet. H I E. Agè,
 finis viri: amat victoria curam. Suum quisque lo-
 cum gnaviter tueatur. Tu mihi consiste à tergo,
 excepturus pilam si me transuolet: tu isthic ob-
 serva, repulsurus huc ab aduersarijs renolantem.
 N I. Ne musca quidem hac præteruolarit impunè.
 H I. Agite boni aures, mittite pilam in tectum.
 Qui miserit nihil præfatus, frustra miserit. N I C.
 Hem accipe igitur. H I E. Mitte: si miseris extrâ
 lineam, aut infrâ suprâue tectum, vestro damno
 fuerit, aut certè nobis fraudi esse nolim. Tu sanè
 parum commodè mutis. N I C. Tibi quidem, ac
 nobis commodè. H I E. Ut miseris, ita remittam:
 par pari referam. Sed præstat ingenuè legitimeq;
 ludere. N I C. In ludo pulchrum est arte vincere.
 H I. Fateor, atque etiam in bello: sed habet vira-
 que pars suas leges. Et sunt artes illiberales. N I C.
 Credo plures septem. Signa terminum testula, aut
 rudere, aut si mauis, pileo tuo. H I. Tuo malim.
 N I C. Rursus excipe pilam. H I. Mitte. Pone no-
 tam. N I C. Habemus duos terminos satû longin-
 quos

EPITOME.

quos. H. Vicinus, sed tamen vincibiles. NI. Planè
vincibiles, si nemo repugnet. HI. Euge, priorem
metam pratercurrimus. Vicinus quindecim: heus
prabete vos viros. viceramus & hic, si tu tuo con-
stituisses loco. Sumus igitur pares. NI. Non diu fu-
turi. Vicinus triginta, vicinus quadraginta quino-
que. HI. Sestertia. NI. Non. HI. Quid igitur? NI.
Numeros. HI. Quò pertinent numeri, si nihil est,
quod numeres. NI. Noster hic ludus est. HI. Pra-
properè tu quidem antè victoriam canis trium-
phum. Vidi qui vincerent ab hoc numero, qui ni-
hil habebant. Varia est vt Martii, ita lusus alea.
Habemus triginta. Iam rursus sumus pares. NI.
Nunc serid res agitur. Euge, successit: habemus po-
tiores. H. Non diu habituri. Dixin? Rursus aqua-
li fortuna sumus. NI. Diu nat ut fortuna, velut an-
ceps, viris velit addicere victoriam. O fors fortu-
na si nobis faueris, dabimus tibi maritum. Euge,
audiuit votum: penes nos est huius certaminis vi-
ctoria. Pone notam cretaceam, ne excidat. H. Iam
appetit vespera, & sudatum est satis: prestat à lu-
dendo desistere, ne quid nemis. Supputemus lu-
crum. NI. Nos euicimus tres drachmas, vos duas
restat igitur vna ad compotatiunculam. Sed inte-
rim quis soluet precium pilarum? HI. E. Omnes ex
aquo, pro sua quisque portione: nam lucrum exili-
us est, quàm vt inde possit aliquid decidi.

COLLOQVIOR.
LV DVS GLOBORVM
mīsilium.

Adolphus. Bernardus.

AD. Tu toties apud me gloriatus es, te mirum
quendam esse artificem in certamine mittendo-
rum globorum. Age, libet experiri, qui vir sis.

BE. Nihil detracto huc, si quid libet. Nunc tu pla-
nè quod dici solet, in planitiem prouocas equum.

AD. Et tu senties me non esse asinum. B. Placētne
monomachia, vt vnus cum vno congregiatur, an
maius adiungi socios periculi? A. Malo $\mu\omicron\nu\omicron\mu\alpha\chi\epsilon\pi$,
ne qua pars victoria decidatur alteri. BER.

Isthuc et ipse malo, vt laus in solidum sit mea. AD.
Hi spectatores erunt & arbitri. B. Recipio: quod
erit victori brauium, aut qua victo pœna? ADOL.

Quid si victo amputetur auricula? BER. Imò te-
stium alter execetur potius. Non est magnificum
certare pro pecunia. Tu Germanus es, ego Gal-
lus: decertemus pro sua vterq; gentis gloria: si vi-
cero, tu ter exclamabis, Floreat Gallia: si victus
(quod absit) fuero, totidem verbis celebrabo tuam
Germaniam. A. Age, placet conditio. B. Adsit for-
tuna, quando periclitantur hoc ludo duæ maxi-
mæ nationes, sint æquales sphaera. AD. Nosti saxū
illud prominens, haud procul à porta? B. Noui. A.

Ea erit meta, & hac linea. BER. Esto: sed sint, in-
D quam,

EPITOME

quam pares globi. A D. Minus discernas ouum ab
 ouo, aut ficum à ficu: sed mea non refert, vtrum
 malis elige. BE. Mitte. A D. Heus, tu mihi non bra-
 chium, sed balistam habere videris, ita torques
 globum. BER. Satù momordisti labrum, satù rota-
 sti brachium: tandem mitte. O vires Herculeas:
 sed tamen vinco. A D. Nisi sceleratus ille latercu-
 lus obstuisset, prauenteram te. BER. Consiste in
 sphaera tua vestigio. ADQL. Non vtar dolo malo,
 Cupio virtute, non fraude vincere, quandoquidem
 de gloria certamen est. Benè vertat. BER. Ingens
 profectò iactus. A D. Ne ride, priusquam viceris:
 adhuc penè sumus pares. BER. Nunc res agitur,
 vter prior metam contigerit, is vicerit. A D. Vici,
 canta BE. Sed definiendum erat, quoto ludo con-
 staret victoria. Nam primo nondum incaluerunt
 vires. AD. Desinant arbitri. AR. Tertio. BE. Pla-
 cet. A D. Quid ai? agnosci ne victorem? BER.
 Tibi fortuna magis aspirauit: viribus & arte non
 tibi cessero. Sed quod arbitri pronunciauerint, id
 sequar. AR. Germanus vicit, & hoc gloriosior
 est victoria, quod talem artificem vicerit. Nunc
 canta Galle. BER. Sum raucus. ADOL. Hoc Gal-
 lis nouum non est: sed tamen coccyssa. BE. Floreat
 Germania ter. A D. Imò ter hoc erat canendum.
 BER. Contraximus siticulam, eamus ad compota-
 tiunculam, ibi perficietur cantio. A D. Non re-
 cuso

COLLOQUIOR.

*cuſo, ſi ita videtur arbitrio. BE. Ita commodius eſt
Melius canit Gallus colluto gutture.*

LV DVS SPHAERAE PER
annulum ferreum.

Gaspar. Erasmus.

G A. Agè, nos auſpicabimur, victo ſuccedet Mar-
colphus. E R A S. Sed quod erit victori premium?
G A. Victus ex tempore facit, & recitabit diſti-
chon in laudem victoris. E R. Accipio legem. G A.
Viſne ſortiamur, vter prior incipiat? E R. Eſto tu
prior, ſi libet: ego malim eſſe Abbas. G A. Hoc tua
conditio potior eſt, quod tibi nota eſt arca. Ver-
ſaris in tua harena. In hoc exercitator ſum quam
in libris: tamen iſtud perquam exigui momenti eſt.
E R. Aequum eſt, vt tantus artifex in hoc certa-
mine mihi largiatur nonnihil. G A. Imò iſthuc abs-
te peterem iuſtius: ſed parum eſt honeſta precaria
victoria. Is demum vincit, qui ſuo Marte vincit.
Ita ſumus pares, vt non melius commiſſus fuerit
olim cum Bitho Bacchus. E R A. Tua ſphaera com-
modior eſt mea. G A S. Et tua vola vincit meam.
E R. Ludito, legitime abſque technis ac dolo ma-
lo. G A S. Dices tibi rem eſſe cum homine probo.
E R A S. Sed prius audire cupio huius ſphaeriſteriij
plebiſcita. G A S. Quaternio ludum abſoluit. Qui
hanc lineam praterierit, in damno eſt. Reliquos

EPITOME

limites si transilias, sine fraude fiet. Qui globum suo loco mouerit, perdit ius ferendi. E R. intelligo. G A. En, oculi tibi portam. E R. Sed isthinc te excutiam. G A. Id si feceris, cedam tibi huius certaminis palmam. E R. Bona fide? G A. Optima: non enim potes alia via, nisi sic mittas sphaeram tuam in parietem, ut resiliat in meam. E R. Id experiar, Quid au bone vir? Nonne depulsus es? G A. Fateor: utinam tam sapiens esses, quam es felix. Sed isthuc centies tentanti vix semel successerit. E R. Imò si quid audes deponere pignori, nisi tertio quoque experimento successerit, vinctus. Sed interim redde pactum premium. G A. Quodnam? E R. Distichon. G A. Reddam. E R. Et quidem ex tempore. Quid arrodis vnguem? G A. Habeo. E R. Recita clare. G A. Clarissime.

Plaudite victori iuuenes, hic quotquot adestis:

Nam qui me vicit, dictior est nebulo.

Nonne distichon habes? E R. Habeo: sed quale abs te allatum est, tale tibi referetur.

SALTUS.

PERSONAE.

Vincentius. Laurentius.

VI. Libetne decertare saltu? L A V. Ludus iste non conuenit pransis. VI. Quamobrem? L. Quia ventris saburra grauat corpus. VIN. Non admodum sanè qui pransi sunt in padagio. Nam hi plerunque

cœna-

COLLOQVIOR.

cenaturiunt, priusquam absoluerint prandium.
 LA. Quod igitur salendi genus placet? V. auspi-
 mur ab eo, quod est simplicissimum, à saltu locustarum.
 siue maius ranarum, utraque tibia, sed iun-
 ctis pedibus. Qui longissime promouerit cingulum,
 coronam feret. Huius ubi erit satietas, aliud
 atq; aliud genus experiemur. LAV. Equidem nul-
 lum recusabo genus, nisi quod geritur cum pericu-
 lo tibiæ: nolim mihi rem esse cum chirurgia.
 VI. Quid si certemus vnica tibia? LAV. Iste ludus
 est Empusæ: valeat. VI. Hasta innixum salire cum
 primis est elegans. LA. Liberalius est certare cur-
 su. Siquidem hoc certaminis genus apud Vergili-
 um proposuit & Aeneas. VI. Verum: sed idem pro-
 posuit & cestuum certamen, quo non delector.
 LA. Designa stadium: hoc loco sit carcer: quercus
 ista sit meta. VIN. Sed utinam adesset Aeneas, qui
 proponat & premia victori. LA. Victori abunde
 magnum premium est gloria. V. Victo potius dan-
 dum erat premium solati gratia. L. Sit igitur vi-
 cto premium, ut lappa coronatus redeat in urbem,
 VI. Equidem non recusarim, si tu precedas, tibia
 canens. L. Est ingens æstus. V. Nec mirum, quum
 sit solstitium æstiuum. LA. Præstiterat natæ. VI.
 Mibi non placet ranarum vita. Animal sum terre-
 stre, non Amphibion. LA. Sed tamen hoc exercita-
 menti genus olim cum primis habebatur liberale.

EPITOME

VIN. Imò etiam vile. **L.A.** Ad quid? **VI.** Si fugien-
dum sit in bello, ibi potissimū valent, qui sese cur-
sus pedum & natatu exercuerunt. **L.A.** Artem nar-
tus haudquaquā aspernandam. Neg, enim mi-
nus laudū est aliquando verè fugere, quam fortiter
pugnare. **VI.** Sum planè rudis & imperitus na-
tandi, nec sine periculo versamur in alieno ele-
mento. **L.A.** Sed assuescere oportet. Nemo nasci-
tur artifex. **VI.** At ego istius generis artifices mul-
tos audio natasse, sed non enatasse. Experieris pri-
mum innixus suberi. **LAV.** Nec suberi fido magis,
quā pedibus. Si vobis cordi natatio, spectator esse
malo, quā certator.

VENATIO.

Paulus, Thomas, Vincentius,
Laurentius, Bartholomæus.

PAV. Trabit sua queng, voluptas, mihi placet ve-
natio. **TH.** Placet & mihi, sed ubi canes? ubi vena-
bulat? ubi casses? **P.A.** Valeant apri, visi, cervi, &
vulpes, nos insidiabimur cuniculis. **VI.** At ego la-
queos inijciā in locustis, insidiabor gryllis. **LAV.**
Ego ranas captabo. **BA.** Ego papiliones venabor.
LAV. Difficile est sectari volantia. **BART.** Diffici-
le, sed pulchrum. Nisi pulchrius esse ducis, secta-
ri lumbricos, aut cochleas, quia carent alis. **LAV.**
Equidem malo insidiari piscibus: est mihi hamus
elegans. **BART.** Sed vnde parabis escam? **LAV.**

LUN-

COLLOQUIOR.

Lumbricorum ubique magna est copia. BART. Est, si tibi velint praeperere à terra. LAV. At ego mox efficiam, ut multa myriades prosiliant. BA. Quo pacto? incantamentis? LAV. Videbis artem. Imple hanc situlam aqua. Hos iuglandium summos cortices virentes confractos immittito. Hac aqua perfunde solum. Nunc observa paulisper. Vides emergentes? BART. Rem prodigiosam video. Sic olim opinor exiiebant armati ex saty serpentis dentibus. Sed plerique pisces delicatioris & elegantioris sunt palati, quam ut esca tam vulgari capiantur. LA. Novi quoddam insectigenus, quotalibus insidiari soleo. BA. Tu vide an possis imponere piscibus, ego rani facessam negotium. LAV. Quomodo, reti? BA. Non, sed arcu. L. Novum piscandi genus. BA. At non iniucundum videbis & fateberis. VI. Quid si nos duo micemus digitis? P. Ignauum est ac rusticum lusus genus. Ad focum desidentibus magis conuenit, quam in campo versantibus. VIN. Quid si certemus nucibus? PAV. Nunces admodum pueris relinquamus, nos grandiusculi sumus. VI. Et tamen nihil aliud adhuc quam pueri sumus. PAV. Sed quibus decorum est ludere nucibus, iisdem non indecorum est equitare in arundine longa. VI. Tu igitur praescripto lusus genus, sequar quocumque vocaris. PA. Et ego futurus sum omnium horarum homo.

EPITOME
EVNTES IN LV DVM
litterarium.

Sylvius. Ioannes.

ST. Quur aded curris Ioannes? IO. Quur lepus,
vt aiunt, pro canibus? ST. Quid hoc prouerby est?
IO A N. Quia nisi adfuero in tempore ante reci-
tatum catalogum, actum est de pelle mea. ST. Hac
quidem ex parte nihil est periculi: modò prateri-
ta est quinta. Inspice horologium, manus non-
dum attigit punctum, quod horam ab hora equis
spacijs dirimit. IO. Quid loquebatur. ST. Horam
esse quintam. IO. At ego vix habeo fidem horo-
logijs, mentiuntur nonnunquam. ST. At mihi fide,
qui campana vocem audiui. IO. Sed est & aliud,
vnde magis etiam timeam: reddenda est memori-
ter hesternæ lectio, satis prolixa. Vereor vt pos-
sim. ST. Commune periculum narras: nam & ip-
se vix satis teneo. IO. Et nosti præceptoris sententiam
Omnis illi noxa capitalis est: nec magis parcit no-
stris natibus, quàm si corium esset bubulum. ST L.
Verum is non aderit in ludo. IO. Quem igitur vi-
carium constituit? ST. Cornelium. IO. Strabum: il-
lum? vā nostris natibus. Is vel Orbilio plagosior
est. ST L. Verum dicis, & ideo non raro sum illius
brachio precatus paralyfin. IO. Non est pium im-
precari præceptoris: nobis potius cauendum ne in-
cida-

COLLOQUIOR.

cidamus in illius tyranni manus. ST. Reddamus inter nos vicissim, altero recitante, altero codicem inspiciente. Io. Pulchrè mones. Sy. Fac presenti sis animo. Nam metus officit memoria. Io. Facile deponerem pauorem, si non adesset periculum. At in tanto discrimine quis possit esse securus animo? ST. Fateor, attamen non agitur de capite, sed de parte diuersa.

ALIA.

Cornelius. Andreas.

Cor. Scitè tu quidem pingis, sed charta tua perfluit. Charta subhumida est, ac transmittit atramentum. AND. Quaso vt appares mihi pennam hanc. CO. Deest mihi gladiolus scriptorius. AN. En tibi. CO. Hui quam obtusus. An. Accipe coticulam. CO. Vtrum amas scribere cuspide duriuscula, an molliore? AN. Attempera ad manum tuam. C. Ego molliore soleo. AN. Quaso vt mihi describas ordine figuras elementorum. Cor. Græcas an Latinas? AND. Latinas primum conabor imitari. C. Suppedita chartam. A. Accipe. Cor. Sed meum atramentum dilutius est, subinde infusa aqua. A. At meum linteolum prorsus exaruit. Cor. Immunge, nisi manus immiere. AND. Imò potius rogabo alicunde. Cor. Præstat habere domi, quàm rogare commodato. A. Quid est scholasticus absque calamo & atramento? Cor. Quod miles absque clypeo

D 5

& gla-

EPITOME.

& gladio. A N. Vtinam mihi essent articuli tam celeres. Equidem non possum dictantis vocem scribendo assequi. COR. Prima cura sit, vt bene scribas: proxima, vt celeriter. Sat citò, si sat bene. A. Bellè, sed istam cautionem cane praeceptori, quum dictat: Sat citò, si sat bene.

BREVIS DE COPIA

Præceptio.

P Rincipio res ipsa puris, electis, ac Latinis verbis efferenda est: quod ipsum posse, non mediocris artificis est. Sunt enim permulti, qui nescio, quomodo copiam & varietatem orationis affectant, quum ne semel quidem rem possint apud explicare: isti, tãquam semel balburisse sit parum, balburient suam alijs atq; alijs modis reddunt balburientem, tanquam ipsi secum certamen susceperint, vt quàm barbarissimè dici possit, dicant. itaq; inepti synonyma quadam congerunt, aded interdum inter se dissidentia, vt ipsa mirentur, quo pacto conueuerint. Quid enim absurdius, quàm hominem pannosum, cui ne vna quidem, quam sine pudore possit induere, sit vestis, tamen subinde suos pannos mutare, ac mendicitatem suam pro opibus ostentare? At nihilominus ridiculi videntur isti varietatis affectatores, qui quum barbarè semel dixerint, repetunt idem multò barbarius, demum iterũ

atq;

COLLOQUIOR.

atq; iterum indoctius. Hoc est non oratione, sed solacismis abū dare. In primis igitur, ut dixi, res ipsa aptis atq; electis verbis est explicanda. Deinde mutatorijs verbis utendum, si qua quæ idem efficiant, reperiantur: reperiantur enim permulta. Demum ubi propria deficient, translatiuijs erit utendum, si modo verecunda sit translatio. Ea quoq; ubi deerunt, si per actiua dixisti, ad passiua recurrendum erit: quæ nobis totidem orationes reddant, quot ex actiuii constabant. Postea verba, si licebit, aut in nomina verbalia, aut in participia commutabimus. Postremo, ubi modò aduerbia in nomina, modò nomina in alias atq; alias partes commutauerimus, per contrarium dicemus: aut affirmatiuam orationem in negatiuam cōmutabimus, aut retrorsum: aut certè quod pronuntiatiuè dictum, per interrogationem efferemus. Nunc exempli causa hanc sententiam sumamus: *Litera tuæ magnoperè me declarunt.*

Litera

Epistola, epistolum, scripta, scheda, litera.

Magnoperè

Mirum in modum, miris modis, maiorem in modum mirandum in modum, suprà modum, plurimum, non mediocriter, summoperè, maximoperè.

Me

Animum meum, pectus meum, oculos meos, cor meum, Christianum.

Dele-

EPITOME.

Delectarunt.

Voluptate affecerunt, recreauerunt, exhilararunt, voluptati fuerunt, oblectarunt, voluptate perfuderunt, mellitissima fuerunt, iucundissima, &c. Habes materiam, tuum erit componere. Experiamur igitur. Faciamus periculum. CO. Tua litera magnoperè me delectarunt. Tua epistola mirificè nos exhilarauit. A N. Verte actiuum in passiuum, alia erit facies. Vt: Dici non possit, quàm tuis scriptis exhilaratus.

ITEM PER ALIA VERBA

idem efficientia.

Tuis ex literis incredibilem cepi voluptatem. Ex epistola celsitudinis tua plurimum voluptati accepi. Non mediocrem latitiam tua mihi scripta attulerunt. Gaudio tua me scripta quantus eram, perfuderunt. Hic non ita liceret mutare in passiuam, nisi in illo postremo, perfusus gaudio, quod vscatè dicitur. Capiebatur à me voluptas.

Allatum est gaudium, non perinde vscatè dixeris.

PER AFFICIO.

Singulari voluptate litera tua me affecerunt.

MUTA IN PASSIVVM.

Tuis scriptis incredibili sum affectus voluptate.

Non parum gaudiorum tuum nobis epistolium peperit.

PER SVM ET NOMINA

adiectiua.

Tuæ

COLLOQUIOR.

Tua mihi litera multum modum iucundissima fuerunt. Fuit tua illa epistola sanè quàm gratissima.

PER NOMINA SVBSTANTIVA.

Ineffabili voluptate tua nobis epistola fuit.

Incredibili iucunditate fuerunt tuae literae.

COMMVTA IN NEGATIONEM.

Tua scripta non mediocri letitia fuere. Nihil in vita tuis litteris accidit iucundius. Quanquam hac ratione aliquoties iam vsi sumus, quæ non est negligenter prætereunda. Nam quoties, multum, plurimum, singulariter significare volumus, per contrarium verbum idem efficiemus: vt, Vehementer te amat Henricus. Haud vulgariter te amat. Multum me iuuat vinum, haud parum iuuat. Est vir singulari ingenio. Est vir ingenio non vulgari. Est homo doctrina admiranda. Est homo non contemnenda doctrina. Thomas est summo apud suos loco natus. Non infimo loco natus. Augustinus eloquentissimus fuit. Non ineloquens fuit. Carneades orator fuit nobilis, non ignobilis, non obscurus.

Et id genus similia, quæ nunquam non in vsu veniunt. Sed admonuisse rem clarissimam satis est. Nec te lateat bisariam nos huiusmodi rationum genere vti, molestiæ causa (præsertim si de nobis ipsis loquamur) cum etiam amplificandi gratia. Nam non ingratum, pro valde gratò: Non vulgariter, pro singulariter, rectè & venuste dicimus.

MOAC-

EPI TOME
MODESTIAE CAUSA.

Ego litteris meis nonnullam doctrinam sum opinionem consequutus. Semper curavi, ut in litteraria gloria non postremas partes tenerem. De amplificatione superiora sunt exempla: nunc ad nostra reuertamur. Nihil tua epistola vnquam euenit gratius. Nulla res maiori vnquam voluptati fuit, quam tua scripta. Nulla vnquam ex re tantundem cepi voluptatis, quantum ex tuis litteris amantissimis. Hoc modo singulae orationes superiores poterunt variari per interrogationem: Quid tuis litteris in vita iucundius esse potuit? Quid epistola illa tua nobis euenit dulcius? Quid ita oblectauit vnquam, ut proxima tua littera? Hoc modo rursum singulas ferè orationes variare licebit. CO. Quid deinde fiet? A N. Iam paulò liberius totam orationem vertemus, ut vnā dictionem pluribus verbis circumloquamur. C. Dic exempli causa. A N. Quod modo per nomen incredibile, modo per aduerbium incredibiliter dictum erat, vnā dictionem aliquot verbis commutabimus. Litteris consequi nequeam, quantum tuis litteris sim delectatus. Et mihi scriptu, & tibi creditu perdifficile fuerit, quanti iucunditati tua mihi scripta fuerint. Explicare prorsum nequeo, quā sim tuis litteris gauisus. Et item in infinitum. Rursum alio pacto. Nam hactenus & per negationem

COLLOQVIOR.

& per interrogationem, postremo per infinitas orationes variauius. Nunc per subiectiuum, siue conditionales variabimus hoc modo: Moriar, si vnquam quicquam fuit tuus literis aut optatius, aut dulcius. Peream, si vlla res maiori voluptati fuit, quàm tua litera. Ita me Deus amet, vt nihil in vita tua literis accidit iucundius. Et item alia multa in hunc modum excogitare licebit. C. Quid inde? Nunc ad translationes, similitudines, & exempla fugiendum est.

Translatio est in his:

Accepi literas tuas, quae mellita fuerunt. Nihil nisi mera delitiae tua mihi scripta videntur. Mera voluptas sunt tuae literae. Et huiusmodi plurima. sed cauendum est ne obsoletis aut durioribus translationibus utamur, quale illud est: Iupiter hybernas cana niue conspuit Alpes. Et quale est illud: Cæna tuorum scriptorum me suauissimis epulis refecit.

Comparatio à simili.

Tua scripta omni vel Ambrosia, vel Nectare suauiora fuere. Litera tuae quouis melle mihi fuere dulciores. Epistola humanitatis tuae & siliquam omnem, & mel Atticum, & saccarum omne, Nectar Ambrosiamq; Deorum longè superauit. Hic quicquid dulcedine nobilitatum est, in medium ad ducipotes.

EPITOME
AB EXEMPLO.

Nunquam adducar ut credam Hero Leandri sui
litteras, aut maiore voluptate, aut pluribus osculis
accepisse, quàm tuas accepi. Vix crediderim, aut
Scipionem euersa Carthagine, aut Paulum Aemi-
lium capto Perseo, magnificentiorem egisse trium-
phum, quàm ego, simulac suauissima tua scrip-
ta tuus mihi tabellarius reddidit. Cuiusmodi tum
ex fabulis, tum ex historijs infinita possunt inue-
niri. E Physica verò sumuntur rerum similitudi-
nes, quarum quamplurimarum naturas memoriter
tenere necesse est. Nunc, si libet, in alia sententia
tentemus.

Nunquam dum viuam, tui ero immemor. Semper
dum viuam, tui meminero. Quoad viuam, nunquā
me tui capiet obliuio. Prius viuere desinam, quàm
tui meminisse.

PER COMPARATIONES.

Si umbram corpus poterit effugere, & hic ani-
mus tui quibit obliuisci. Tui memoriam ne Lethaum
quidem amnis poterit abolere.

PRAETEREA PER &δυστοπῶν
aut amore poetico per
contraria.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit.
Ante leues ergo, &c. quae non est multi negotij
exco-

COLLOQVIOR.

excogitare. Verum ne immodici videamur, hū in
 presentia contenti simus. Aliās, si voles, copiosius
 hac de re colloquemur. C. Ego te Augustine iam
 planè exhaustum putabam. Sed tu prater exspe-
 ctationem nouum thesaurum indicasti: quem si
 pergas explicare, nox antè occuparit, quàm tibi
 eadem de re desint verba. A. Si ego hoc mediocri,
 & doctrina & ingenio prasto: quantum Cicero-
 nem ipsum valuisse credi, qui cum Roscio histrio-
 ne certasse legitur? Sed sol nos reliquit: humescit
 cælum, præstat imitari auiculas, tectūq, ac lectū
 nos condere. Proinde vale mi Christiane
 suauissime in crastinum. C. H. Tu iti-
 dem benè valeas Augustine
 omnium doctissime.

E

IOAN-